



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

11. In Festo S. Sebast. tripart. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi
signum ad sagittam. Threu. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

ntis dictorum Innocentium, quae aſſervatur Bronij in Monasterio S. Gerardi. Viſitur etiam in Oratorio Archiducum Brabantiae Alberti & Iſabeliae artificialis collicula, Mons Calvariae dicta, in qua conſpiciuntur ſex infantuli jacentes ſuper tumbas inauratas, quaeſceſſetſque in arcis, ſeu quadratis lateribus, argenteis & chryſtallinis, quibus quidem chryſtallis transparent notabiles oſium partes SS. Innocentium. Inter quas videre eſt & venerari brachium unius ex illis integrum, pelle adhuc manuſque integra conſtans. Denique Condateſes Canonici poſſident & venerationi exponunt unum corpus dictorum Innocentium ab Herode occiſorum.

IN FESTO S. SEBASTIANI.

20. Jan. Lect. 10. tripart.

Tendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam Thren. 3.

Part I. Christum & Christianum quemlibet esse signum ad sagittam. Apoc. 6.

Aperto per Agnum libro myſtico & ſigillis ejus in Apocalypſi, referens S. Ioannes quid ſibi oſtenſum fuerit in apertione primi ſigilli, ſic ait: Ecce equus albus, & ſedens in eo habebat arcum & data eſt ei corona, & exivit vincens ut vinceret. Hic equus dicitur deſignare exercitum Martyrum, in quo Chriſtus ſedet, ut ejus opera pugnet, & mundum ac demonem expugnet: ideo ei corona datur, quaſi Victori. Habet quoque Arcum praedicationis, cum ſagittis, quia verba ſua per ora Martyrum emiſit, tamquam ſagittas potentes & acutas in corda inimicorum ſuorum, hoc eſt, in corda Tyrannorum & infidelium. Per ſagittas recte Martyres deſignari, inſinuat in Pfal. 126. ubi de Apoſtoliſ & Martyribus fit mentio dum dicitur: Sicut ſagitta in manu potentis, ita filij excuſſorum. Ita enim interpretatur S. Auguſtinus: Excuffi ſunt quidam de manu Domini tamquam ſagitta, & ſerunt longe, & totam terram impleverunt.

Pfal. 126.

Primus sensus the- maticus.

Symbolo dicto Ioanni demonſtrato in Apocalypſi, videor poſſe hodie depingere generoſam Chriſti militem ſebaſtianum. Huius convenit Arcus, ſignum victoriae, ſymbolumque accidentalis illius gloriae, quam per ſagittarum tranſiſionem eſt allecatus. Et quoque convenit Corona, ſignum gloriae eſſentialis. Sic & recte de eo dicitur: Exivit vincens ut vinceret. Haec omnia ſpecialiter pateſcent, ſi paulo altius repetamus, quae in themate noſtro inſinuatur. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam, tendit arcum ſuum, &c. Primo quidem, haec verba videtur pronunciare Propheta Ieremias in perſona ſua, deplorans multiplices calamitates, quibus durante obſidione aſſiſtus fuit à civibus. Atque etiam ſimul in ſeipſo repraeſentat afflictionem cuiuslibet Iudaei lugentis communem cladem, vel Ieroſolymis, vel in Baby-lone. Hic quidem eſt literalis ſenſus. Secundo, Allegoricè, atque etiam principaliter, poſſunt eadem verba intelligi in perſona Chriſti,

qui multipliciter poſitus fuit, quaſi ſignum ad ſagittam, ſicut de eo S. Simeon pronunciat: Ecce poſitus eſt hic in ſignum, cui contradicatur. Iudaeis poſitus cenſetur in ſignum dum tot calumnias, blaſphemias, accuſationes falſiloquias in eum intorquent arcu linguae ſuae viroſae. Item, quod dolores & cruciatuſ ei inſigunt, tot ſagittis cor ejus conſigunt. Haereticis poſitus cenſetur ruruſ in ſignum, dum aliqui ejus impetunt divinitatem, ut Ebion, Cerinthus, Arius alij ejus humanitatem, denegantes corporis ejus veritatem, ut Manichaeus cum ſuis aſſectis. Nonnulli denique in eum jacula dirigunt in Sacramento diviniſſimo exiſtentem, ut Calvinus cum ſuis. De his omnibus verum eſt illud: Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognoverunt. dicit Dominus. Malis denique Chriſtianis adhuc poſitus modo videtur in ſignum, ad quod jacula dirigunt, quia eſt non contradicant aut blaſphemant lingua, ſagittant tamen Dominum improba conſervatione & prava vita. Sed de his omnibus verum eſt: Converterſi ſunt in arcum praevium, qui in ipſum jaculantur revertitur, eumque ſedit, quia ſibi metipſis nocent, non Deo. Aut certe ſimiles ſunt hiſ, qui in lapidem jaculum dirigunt, quo reſiliente vulnerantur. Tertio, ulterius praetacta verba in ſenſu morali intelligi poſſunt, de quolibet Chriſtiano, ſive conſideres ejus hoſtes, ſive ipſum Deum adverſa immitentem. Quantum ad hoſtes, non deſunt tres, qui nocte dieque vigilant, ut ſuggeſtionibus, tentationibus, illecebroſis inſidiis tranſtodiant cor hominis. De quibus recte intellexerit illud: Intenderunt arcum veni amaram, ut ſagittent in occultis immaculatum. Et ruruſ illud: Paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos cordis. Hi hoſtes ſunt, Mundus, Caro, Daemon: eorum ſunt praecipuae ſagittae tres, ſicut & hoſtes tres. Concupiſcentia carnis. Concupiſcentia oculorum, Superbia vitae. Attende figuram huius rei in Abſalone Haeret ipſe in arbore ſuſpenſus, ob crines & caelarem nimis prolixam. Venit Iob, & tria cordi ejus inſigunt tela lethalia, non obſtante, quod juſtiſſet David ſervari ſibi Abſalon; de cuius nece doluit amariffime, quia ſciebat ei obſtrictum exitum de ventre mortis, mole criminis, ut loquitur S. Bernardus. An non tibi videtur Abſalon apte typum cuiuslibet gerere peccatoris? Patri rebellis eſt peccator, & ab ejus facie recedit, qui tamen haud cupit eum perdere, ſed ſalvare. Interim dum fugit à Patre & Deo ſuo, multis implicatur cogitationibus, quaſi crinibus, quibus ſuſpenſus haeret, non potens ſe extricare. Venit igitur Satan, & concupiſcentiam carnis mundique cum ſuperbia immittit in cor ejus, quaſi triplex jaculum, quo eum confodit & perimit. Felix, qui contra haec tela, quibus omnes appetere conatur Daemon, ſemper gettat in peſtore loticam juſtitiae cum baltheo caſtitatis; in capite ſpem galeam ſalutis; in dextra gladium ſpiritus, in ſiniſtra ſcutum fidei; in pedibus calceos, quibus poſſit currere in

Luce. 2.

Jerem. 9.

Pfal. 77.

Tres hoſtes homini Chriſtiani.

Pfal. 69.

Pfal. 101.

Ephes. 6.

v. 12.

viam salutis & pacis. Hæc quantum ad dæmonem & ejus sagittas.

Deus cor- da suo- rum sagittas probat. Esal. 123.

Job. 20.

2. Thess. 3.

lib. 6.

2. Reg. 10.

2. Reg. 7.

Quantum ad Deum, ipse etiam suis sagittis probat corda suorum. Verba ejus conversionem animi operantia sagittæ sunt, de quibus illud Psalms potest intelligi: Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. Quales sagittas expertus est S. Augustinus jaculo charitatis transfixus, experta est & S. Theresia & multi alii, qui merito potuerunt dicere: Tenebris arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Adversitates quoque, quibus nos castigat & configit, ut emendet, sagittæ sunt; non malevolentia sagittæ, sed æternæ fux providentiæ. Propterea dicebat Job: Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum, posuit me quasi signum circumdedit me lanceis suis, sive jaculis. Conformer dicebat & Apollolus: Nemo moveatur tribulationibus istis, ipsi enim scitis, quod in hoc posui sumus. Quomodo posuit? Quasi icopus scilicet, ut jaculis traheremur. Sagittæ igitur Domini variae sunt. An non sagittæ sunt morbi & pestilentia ab eo immissa? An non sagittæ est calculus renes transfigens? Sagitta nonne est podagra, pedes torquens ob intemperantiam anteriorum precedentium? An non sagitta est in capite vertigo, in stomacho dolor, in oculis defluxio, plectens ebrietates vel comestiones, luxuriasque præteritas? An non sagitta quoque est damnium dispendiumque subitum bonorum fortunæ; animi hominis cupidi transfigens? Audi & considera illud: Sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio obibat spiritum meum. Sagittas vocat plagas, ulcera, vulnera, quarum indignationem, id est, acrimoniam & vehementiam, dicit exhaustisse omnem suum spiritum, omnem corporis & animi vigorem. Igitur & in bonos suas immitit quandoque sagittas Dominas, ut probeat eos & humiliet. Imo & hæc sagittæ nō sunt testes odii, sed amoris, quia quos diligit Dominus castigat. Huc referri potest symbolice illud, quod inter Ionatham & Davidem gestum fuisse refertur. Cum enim pepegisset foodus Ionathas cum Davide dixit: Mittam tres sagittas, quasi exerceas me ad signum Mittamque puerū, dices: Vada & asser mihi sagittas. Si dixerit: Ecce sagitta intra te sunt, tolle eas tu veni ad me, quia pax tibi est. Si nihil est mali. Si autem dixerit: Sagitta ultra te sunt; vade, quia dimisit te Dominus. Dicamus & nos non ab similibus: Cum dicit nobis Deus: Sagitta in ira te sunt, signum bonum est, signum amoris, signum reconciliationis & pacis. Ideo nimirum adversitatem & tribulationum sagittas in te mittit, ut te & ipsum agnoscas, & ad eum redeas, si sagittæ semper ultra te sunt, si nihil adversi aut ærumnæ umquam te attingit, signum non est bonum, sed potius signum est, quod te demisit Dominus voluntati tuæ. Ideo Sancti flagella & sagittas Domini lubeter sunt amplexi, tamquam signum dilectionis & electionis suæ, ita ut in eorum persona dixerit Ieremias: Tenebris arcum suum, posuit me quasi signum ad sagittam; misit in remissis meis filius pharetra sua, hoc est

sagittas, quæ in pharetra quasi filia in matris utero continentur. Quasi dicat: Ex pharetra fux providentiæ, & justitiæ deprompsit jacula & flagella, quibus renes meos, hoc est concupiscentias & desideria prava interimeret, & me non perderet, sed corrigere, erudiret, & periceret. Audi Rabanum hunc locum interpretantem: Pharetra Dei est oculum ejus judicium vel consilium. Sagittam de pharetra eicit, quando de occulto iudicii consilio apertam sententiam emittit. Quod enim flagellatur quis, agnovimus, quia causa, ignoramus. Cum vero post flagella vita correctio sequitur, vel non sequitur, consilii ratio aperitur. Aliquos enim feriendo corrigi & emendat, alios duriores reddi, ut justius damnet, ut in Pharaone. Hæc ille.

Dicamus in super, prædicta thematis nostri verba aptissime S. Sebastiano convenire, quia propter fidei confessionem positus est signum ad sagittam. Sed si exterius undique in carne ferreis sagittis confixus fuit, multo efficacius in mente & corde divini amoris jaculis. Sagittæ Tyranni penetrabant corpus, sed cor illæsum relinquebant, quia illud jam sagittaverat Dominus Iesus Christus. Amoris divini jacula insensibilem reddebant Sebastianum ad sagittas alias; quæ magis torquebant Tyrannum, quam Sebastiani in victum animum. Nempe verum hic fuit illud S. Chrylogi: Amor impenetrabilis lorica est, jacula respuit, periculis insulsiat, mortem ridet.

Hoc amore non solum S. Sebastianus, sed & multi alii Martyres utriusque sexus, sagittas in se contortas contemplerunt.

S. Thomas Apostolus eorum Dux fuit & Coriphæus, de quo sic in Breviar. Roman. 21. Decemb. legimus: Ad extremum, vita doctrinaque sanctitate, & miraculorum magnitudine, cum ceteris omnibus suis admirationem & Iesu Christi amorem commovisset, Iudæorum Regem idolorum cultorem magis ad iram accendit cuius sententia condemnatus, relique confessus, Calamina Apostolatus honor em Martyrii corona decoravit. Hæc Breviarium S. Thomas potuit ergo dicere: Posuit me Dominus quasi signum ad sagittam.

S. Sebastianum imitati etiam sunt hoc in certamine, per sagittas mortem gloriosam obuentes, SS. Marcus & Marcellianus Fratres prænobiles. Hi ob fidem carceri mancipati erant. Advenerunt ad eos Pater & Mater, cum conjugibus atque liberis, calamitosam sortem suam deplorantes, obsecrantesque cum lachrymis ut obedirent Imperatori, & fidem abnegarent Christi. Cum vero horum fletu molliores effecti vacillare viderentur, à S. Sebastiano hæc oratione sunt confirmati. O generosi limites Iesu Christi, itane propter vna corruptibilibus memento sum arvolans, pervenientem gloriosamque vitam ceserere, & civitatis aleam iactare mens vobis esse potest? Qui adeo præclare hæcenus militastis, Christi Duce, ut ja victoria & corona imminet, illam.

PARS II. Thema S. Sebastiani no apertis me convenire.

Sancti tormenta tyrannorum contemneres.

illam repudiare deservitis? Adhuc, non in fallaces parvorum conjugumque lacrymas, sed in vestra militiæ sacramentum, quo fides obstrinxit Imperatori cali. En coram vobis, vel pæne, vel gloria æterni: quid in electione timuistis? His igitur confirmati verbis, ultrò se tortoribus tradiderunt. Quare à Fabiano Duce comprehensi, ad stipitem alligati sunt, pedibus per claros confixis. Ad quos cum ita loqueretur Iudex: Respicite miseri, & vos ad hie cruciatibus eripite, responderunt: Numquid tam iucunde epulati sumus, quam hac lubentes Iesv Christi causa perferimus, in cuius amore nunc fixi esse cepimus: minam tandem nos hac pati sunt, quamvis corruptibili corpore vestiti erimus. Qui diem noctemque in tormentis divinas laudes canentes denique telis transixi, ad martyrii gloriam pervenerunt: Nempè nihil eis ferrei clavi, nihil chalybeæ sagittæ nocere potuerunt, quorum corda adjuvante S. Sebastiano divini sagittæ amoris impleverant. Et his igitur illud conveit: *Posuit me quasi signum ad sagittam.*

Breviar.
Roman.
13. Iulij.

Similiter S. Meletius, Tribunus Christianus, cum fidem Christi nollet abjurare, pino affixus, & telis confosus illustre subiit Martyrium, gloriosam adeptus est coronam. Martyr. 24. Maij. Ergo & hic de eo verum est: *Posuit me Dominus quasi signum ad sagittam.*

Sic & pueri quindæ Scholares, à S. Paphnutio animati, palis affixi, & jaculis confixi, infra ætum gesserunt animum, ut cum Divo Sebastiano vitæ æternæ confortium & gloriam specialem invenirent, & cum illo dicere unusquisque eorum posset: *Tenendi arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.*

Surius
28. April.

Sic & S. Christophorus post galeam ignitam capiti impostam, & post alligaturam ad scammum ferream flammans, etiam ad palum ligatus fuit, ut sagittis confingeretur, sed inanes fuere icus, mansitque illæsus. Imò una ex sagittis carnificis oculum collisit, cui tamen beati Martyris cruor mixtus terræ, lumen corporis & mentis restituit. Vide Surius 24. Iulij.

Nec defunt in sexu fragili virgines, quæ hoc in terramine sagittatio sese gesserunt animo plusquã vitæ, in consensionem tyrannorum, qui ceteramen istud & tormentum, quod viros & milites conceit, opprobriòs etiam ad mulieres & virgines traduxerunt. Hæc etenim non solum se *Mulieres*, id est molles, ostenderunt, sed & *Virgines* apparuerunt, tanquam de viro sumptæ, & quidem de olivæ Viti, hoc est, parte fortissima & constantissima; ita ut nec sagittas jaculæ, extimuerint. Potuerunt itaque & hæc cum S. Sebastiano pronunciare: *Tenendi arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.*

Sed non timuerunt arcum, quæ ex osse arcui simili, hoc est, ex costa curva & arcuata formata erant, & firmatæ, reformatæ & confirmatæ. Formata quidem & firmatæ, quia sumptæ ex latere osseo primi Adami, reformatæ autem & confirmatæ ex

latere aperto secundi Adam in cruce, ut fortes forent ad omnia tormenta pro eo perferenda. Quocirca mulieres meritò ad tolerandos pro Christo labores animabat S. Iulitta Martyr, teste S. Basilio. Dicebat enim illis fortiter: *Ne finite animos remollescere aut pratereire infirmam femineæ naturæ conditionem; eadem quippe massa qua & viri confirmati, ad imaginem Dei perimati ac ipsi conditi sumus, ab opifice creata est mulier, aque ac viri capax virtutis. Coniungina sumus per omnia viru, non anim ad constituendam mulierem sola est assumpta caro, sed os ex ossibus. Quo fit, ut & Domino nihilominus ac viri reddere debeamus firmitatem fidei atque constantiam, patientiamque in adversis.* Hæc ipsa teste S. Basil. hom. in S. Iulittam Martyr.

Inter has autem Virgines quæ sagittis confixæ fuerunt, recenitur S. Christina quæ cum Patris sui idola aurea & argentea confregisset, ab eo iusta est & virginitatis & ferreis unguis dilacerari, ita ut undique in frustra caro eius deflueret. Ipsa autem particulas recolligens, & in Patrem proieciens, dicebat: *Satiare miser carnis quos genuisti, filiam comedere. Vide Surius, ut impietati tua consentiat facere non potes. Patre postea subito defuncto, à successibus Præfidiis variis fuit iustus cruciata tormentis, igne cum fervente oleo & pice commixto & aliis. Tandem Julianus Præfex ei iussit mammillas amputari, & linguam, ipsamque sagittis confici, quo in martyrio contempta in celos evolvat, An non igitur hæc potuit dicere: *Tenendi arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam?* Recenitur & inter illas S. Europa duodennis, quæ ad palum etiam affixa, & telis confixa, constantiam haud mutavit, sed tormenta irrisit ob amorem Christi in cruce confixi: cui conformis efficiebatur, simulque imitatrix reddebatur S. Sebastiani & aliorum Martyrum gloriantium in arcu & sagittis. Dicat ergo cum ipsis & ipsa: *Posuit me signum ad sagittam.**

PARS III.
De celo,
constantia
& electio-
ne S. Se-
basti.
Psal. 136.

Ed de S. Sebastiano paulò altius res à nobis repetenda est; de quo hodie solemnitas specialis peragitur, quia vita plena est virtutibus, & prodigiis, Audi & contemplantur paucula.
Primo quidem vide quomodo in eo zelus Christianæ fidei maximè promicuit. Floruit ipse Diocletiani tyranni tempore, sub quo fides oppressa lugebat & quali ex nihilo multata, antra & solitudines incolere cogebatur. Licet totis trecentis primis annis Dæmon per Tyrannos Ecclesiam impetierit omni furore, ut extirparet usque ad fundamentum in ea multaque genera tormentorum iugè essent ad fidem Christi exterminandam, ignes, gladios, rotas, cruces, serpentes, leones, lattigines & lebetes attamen tempore Diocletiani, omnis inferorum rabies vix est sese effudisse in necem Christianorum. Totus tunc orbis immedebat sanguine Christiano & multa fidelium millia dies una abiebat. Omnis ordo, omnis ætas omnis sexus ad supplicia præbatur crudelissimè & impietissimè. Calami-

tolit-

Apo. 6.

rosissimum & eruentissimum illud tempus videtur designasse S. Joannes, dum dicit, se vidisse equum rufum & sanguineum, & illi qui huic equo insidebat datam esse potestatem tollendi pacem de terra, traditumque ei ideo fuisse gladium eruentum in manus. Hic equus sanguineus exercitum designat Tyrannorum, cui insidet diabolus faciens in Sanctos, & illos persecuens multiplicibus suppliciiis. Huic data est potestas tollendi pacem, quia & eam sustulit de coelo, sustulit & de Paradiso, sustulit & de mundo à mundi exordio: sustulit denique eam, cum jam initiaretur à Christo, novi saeculi, novaeque pacis auctore, quia consilio Tyrannorum gladium promissum in Christianos, pacis filios, exeruit, & eorum sanguinem sine limite profudit. Quod maxime per Diocletianum factum esse, notum est ex sacris historiis.

Sub Diocletiani signis militabat S. Sebastianus, adeo illi charus, ut primae cohortis Dux ab eo fuerit constitutus, a quoque primarius. Hoc equidem bellicae ejus virtuti debebatur, sed & Christianae oportune sublevisbat fidei & veritati, cui primo clam operam dedit, palam deinde professionem edidit. Sub praetextu primariae auctoritatis, adhaec ignotus Christianus, carceres visitabat, Christi milites animabat, facultatibus propriis eos sustentabat: non erat ab similibus Tobiae, qui captivos visitans salutis eis dabat. Ita vero zelo fidei, spirituque Dei, proficiebat, ut sexaginta infideles verbo salutis recenseret à se conversos praesentavit Polycarpo Presbytero baptizandos, quos ad martyrii coronam animavit. Verè fuit Patris spiritualis eorum, qui postquam eos Christo pariter videret per baptismum, nihil aliud cordi habebat, quam eos perfectius aternitati parere per martyrium. Ipse tamquam Dux & Aries ducendus ad victimam, voluit & Agnos consortes habere, immo & quosdam praesentare, ut patet de Marco & Marcellino, de quibus à nobis supra dictum est.

Tandem & palam Christianum se professus est, quia ideo solummodo laterat, ut Christiano nomini tanto magis proficeret. Nec diu potuit Imperatorem latere, qui frequens in oculis ejus erat, & à latere. Ne verò pusillanimitatem latebras Christiani nominis quaesitè videretur, palam appensum pectori gerere voluit numisma, cui inscriptum erat, CHRISTIANUS SUM. Repudiatis igitur gemmis omnibus aliis, ac Numismatibus favore imperiali & nomine praesignatis, in hoc solo gloriabatur, & se à omne genus mortis pro eo perferendum hac ratione acriter extimulabat.

Secundo, attende ejus constantiam ineluctabilem. Nullis enim potuit adduci, vel blanditiis, vel minis, ut Christiano nomini renuncicaret, quamvis omnem moverit lapidem Diocletianus Imperator, quia sibi charus erat ob nobilitatem,

Tomus II.

clini animi, tum generis, ejusque delectabatur familiaritate, & propterea eum aulam suam frequentare iusserat. Non fuit igitur, sicut plerique in aula, mutabilis ut aura, non fuit velut arundo vento agitata, in omnem partem verubilis, prout Principis voluntas tulerit. Sciebat illud Apostoli, & alta mente retinebat: *Lam non sinus parvuli fluctuantes, & in nequitiâ hominum circumferamur omni vento doctrina ad circumventionem erroris.* Aulicis certe adulatoribus, qui se Principis ingenio & fidei moliter accommodant qualis qualis sit, recte convenit illud: *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regum, ex Hebraeo nonnulli vertunt: Simia manibus capit, & moratur in domibus Reges.* Simia in deliciis est apud Reges, & manuum similitudine ac imitatione hominum refert, etiam de hac rectè dixeris, quod *manibus capere.* Similes sunt adulatores in Palatiis, qui captantes gratiam accommodant se omni actioni Principum, ut manibus scilicet aduncis possint aliquid beneficii apprehendere. His non accensendus est S. Sebastianus, qui veritati innixus, haud titubare potuit impetibus verbis Imperatoris, vel blandientibus, vel faventibus. Neque enim timuit jacula & sagittas ejus, sicut generis, qui positus erat à Domino quasi signum ad sagittam.

Si blandiebatur Tyrannus, honores proponens & praemia, non ignorabat illud: *Molliti sumi sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula.* Haec sunt sagittae vulnerantes, & aeterno configentes exitio. Contra has scuto prudentiae, Christianaeque veritatis & severitatis clypeo sese obarmavit, sic victos evasit Sebastianus.

Sed haec ei levia fuere certamina Dei gratia caphraeto; ideo post sagittas sermone blandientis immitti jubet in eum palo affixum Tyrannus jacula ferri transfigentis. In quo quidem certamine tanto magis gavius est, quia *Spei aculum factum 1. Cor. 4. est Deo, & Angelis, & hominibus.* Deo equidem, tamquam Agonothetae & certaminis istius Praesidi, ut vincenti impertiretur coronam gloriae. Angelis bonis, qui hic aderant non solum ut spectarent, sed etiam ut certantem confortarent, vincentem coronarent. *Angelis malis,* qui Tyrannum adjuvabant ad cruciandum hunc generosum militem & Ducem, ut caeteros à fide metu poenarum detererent. *Homines probis,* qui constantiam certantis plausu intimo excipiebant, & collaudabant. *Homines etiam pravos,* qui spectabant, sed insultabant, & vulnera vulneribus cumulantes supplicio patientis oblectabantur.

Interim *Sagitta parvulorum facta sunt plaga eorum: laeserunt sagittae eos potius quam Martyrem, resiliens & percutientes conscientiam percutientium, sicut de similibus pronunciatum est apud Psalmistam: Gladius eorum intrat in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.* Intrepidus igitur stabat Martyr Christi, plagis licet undique conspersus:

Ephesi.

Prov. 20.

Adulatores sunt simia.

Psal. 5.

1. Cor. 4.

Psal. 64.

Psal. 90.

Psalm.

iperfus: quia contemnebat horum arcum & sagittas, sciens solum ab illo sibi timendam esse, qui dixit: *Nisi contriveris fuerit, gladium suum vibravit, arcum suum tetendit, & paravit illum, & in ea paravit causa mortis, sive tela mortifera; Sagittas suas ardentibus efficit, ex ardenti scilicet materia eas fabricavit, ut sint velocissimæ & nocentissimæ, simulque ut eas deprobat in eos qui ardentem furore & odio alios injustè persequuntur. Has sagittas, huncque sagittantem timebat S. Sebastianus, non verò eos qui corpus solum dilacerare poterant; quia sciebat scriptum: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere; sed timeo eum qui potest corpus & animam mittere in gehennam.* Ibi nimirum sagittæ ardentes, ardentibus preparatae sunt.*

Matth. 10.

*Terio, considera ejus prædestinationem, variis caelitus prodigiis testatam. Cum enim in domo Nicofrati, (ubi detinebantur carcere Marcus & Marcellianus fratres prænobiles, & multi eorum lugebant sortem specietenus deplorandam) præclare differuisset de caelesti gloria, quam expectat fides Christiana, deque contemptu sæculi hujus ac mortis inconsideratione perennantis gloriæ: ecce confestim lumen caelo delapsum est eorum tota multitudo, omnes in admirationem & stuporem rapiens, simulque timori lætitiæ commiscens. In medio autem septem apparuere Angeli, & Dominus Angelorum sonora voce: *Ty Sebastianus datus dicit Sebastianus sonora voce: Ty Sebastianus datus dicit Sebastianus sonora voce.**

Eloquio S. Sebastiani.

*Terio, considera ejus prædestinationem, variis caelitus prodigiis testatam. Cum enim in domo Nicofrati, (ubi detinebantur carcere Marcus & Marcellianus fratres prænobiles, & multi eorum lugebant sortem specietenus deplorandam) præclare differuisset de caelesti gloria, quam expectat fides Christiana, deque contemptu sæculi hujus ac mortis inconsideratione perennantis gloriæ: ecce confestim lumen caelo delapsum est eorum tota multitudo, omnes in admirationem & stuporem rapiens, simulque timori lætitiæ commiscens. In medio autem septem apparuere Angeli, & Dominus Angelorum sonora voce: *Ty Sebastianus datus dicit Sebastianus sonora voce.**

Gen. 28.

*Quid verò est. Tu semper mecum eris, nisi idem quod à Deo dictum fuit Isaac: *Ero tecum, & benedicam tibi.* Quid iterum est, nisi idem quod dictum est Jacob: *Ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc?* Quid rursus est, *Tu semper mecum eris, nisi idem quod Moyses dicebat asseveranter Iolite: Dominus qui dicitur est, ipse erit tecum, non relinquet te ne paruas?* Quid denique est, nisi idem quod Nathan dicebat David: *Quicquid in corde tuo est, vade, & perfice illud, Dominus enim tecum est.* Quia Dominus cum Sebastiano erat, & ipse cum Deo semper factus erat, ideo tot novos illi Christianos peperit, & fidem amplissimè propagavit, fortissimèque defendit; ita ut à Cajo Pontifice, tunc sedem Petri tenente, hunc honoris titulum primus promeruerit gloriosissimè: *DEFENSOR FIDEI.* Rursus quia semper Dominus cum illo erat, & ipse cum Domino, idè securus in omnibus dicebat: *Siambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* O quam felix, quisquis posset audire ex ore Domini: *Tu semper mecum eris!* Absque dubio electionis & prædestinationis saxe securum acciperet testimonium. Felix igitur Sebastianus qui hanc vocem audivit ad se directam, sed & aliis maximè proficuum. Nam qui agebant tunc in domo illa, confirmati sunt in fide; ita ut propter illam mortem obire parati fuerint, qui prius rebelles erant luxuriosi & veritati. O quam,*

Gen. 28.

*Quid iterum est, nisi idem quod dictum est Jacob: *Ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc?* Quid rursus est, *Tu semper mecum eris, nisi idem quod Moyses dicebat asseveranter Iolite: Dominus qui dicitur est, ipse erit tecum, non relinquet te ne paruas?* Quid denique est, nisi idem quod Nathan dicebat David: *Quicquid in corde tuo est, vade, & perfice illud, Dominus enim tecum est.* Quia Dominus cum Sebastiano erat, & ipse cum Deo semper factus erat, ideo tot novos illi Christianos peperit, & fidem amplissimè propagavit, fortissimèque defendit; ita ut à Cajo Pontifice, tunc sedem Petri tenente, hunc honoris titulum primus promeruerit gloriosissimè: *DEFENSOR FIDEI.* Rursus quia semper Dominus cum illo erat, & ipse cum Domino, idè securus in omnibus dicebat: *Siambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* O quam felix, quisquis posset audire ex ore Domini: *Tu semper mecum eris!* Absque dubio electionis & prædestinationis saxe securum acciperet testimonium. Felix igitur Sebastianus qui hanc vocem audivit ad se directam, sed & aliis maximè proficuum. Nam qui agebant tunc in domo illa, confirmati sunt in fide; ita ut propter illam mortem obire parati fuerint, qui prius rebelles erant luxuriosi & veritati. O quam,*

Deut. 32.

*Quid denique est, nisi idem quod Nathan dicebat David: *Quicquid in corde tuo est, vade, & perfice illud, Dominus enim tecum est.* Quia Dominus cum Sebastiano erat, & ipse cum Deo semper factus erat, ideo tot novos illi Christianos peperit, & fidem amplissimè propagavit, fortissimèque defendit; ita ut à Cajo Pontifice, tunc sedem Petri tenente, hunc honoris titulum primus promeruerit gloriosissimè: *DEFENSOR FIDEI.* Rursus quia semper Dominus cum illo erat, & ipse cum Domino, idè securus in omnibus dicebat: *Siambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* O quam felix, quisquis posset audire ex ore Domini: *Tu semper mecum eris!* Absque dubio electionis & prædestinationis saxe securum acciperet testimonium. Felix igitur Sebastianus qui hanc vocem audivit ad se directam, sed & aliis maximè proficuum. Nam qui agebant tunc in domo illa, confirmati sunt in fide; ita ut propter illam mortem obire parati fuerint, qui prius rebelles erant luxuriosi & veritati. O quam,*

1. Par. 17.

*Quicquid in corde tuo est, vade, & perfice illud, Dominus enim tecum est. Quia Dominus cum Sebastiano erat, & ipse cum Deo semper factus erat, ideo tot novos illi Christianos peperit, & fidem amplissimè propagavit, fortissimèque defendit; ita ut à Cajo Pontifice, tunc sedem Petri tenente, hunc honoris titulum primus promeruerit gloriosissimè: *DEFENSOR FIDEI.* Rursus quia semper Dominus cum illo erat, & ipse cum Domino, idè securus in omnibus dicebat: *Siambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* O quam felix, quisquis posset audire ex ore Domini: *Tu semper mecum eris!* Absque dubio electionis & prædestinationis saxe securum acciperet testimonium. Felix igitur Sebastianus qui hanc vocem audivit ad se directam, sed & aliis maximè proficuum. Nam qui agebant tunc in domo illa, confirmati sunt in fide; ita ut propter illam mortem obire parati fuerint, qui prius rebelles erant luxuriosi & veritati. O quam,*

meritò hac caelesti voce confirmatus potuit dicere illud Apostoli: *Qui nos separavit à charitate Christi Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus Rom. 8. sum; quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei qua est in Christo IESU Domino nostro.* Vnde tibi illa certitudo, O Sebastiane, o miles invictè? Quia lumen de caelo, quia Angeli, quia ipse Christus asserunt. *Tu semper mecum eris.* Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater caelestis.

Concludamus, & dicamus postremo, S. Sebastianum sua charitate & patientia, sua per sagittas atroces passione, apud Deum promeruisse gratiam avertendi à sibi devotis tela iræ divina, maximèque sagittam cruentam pestilentiae. Ejus hac in re opem & favorem experti sunt frequentes populi, & maxima plebs Romana, gaudens maximè parte corporis ejus, & sanctissimè illam asserans ac colens, tamquam caelestis pignus proficuum in tempore divinae iracundiae. Epternacenses in Ducatu Luxemburgensi afferunt apud se caput quiescere à Sergio Pontifice donatum s. Willibrordo. Illud certè, ubi epidemia grassari incipit frequenti peregrinatione & concussu colitur, ut Deus ejus intercessione manum suam vindicem avertat; quod feliciter experientur populi, de quare alibi à nobis tractatum est. Hinc & illa Antiphona atque oratio in honorem S. Sebastiani in Ecclesia usitata est à sæculis.

O quam mira res fuit gratia S. Sebastiani Martyris inclutus, qui militis portans insignia, sed de fraxinum palma sollicitus, confortavit coram tremens, verbo sibi collata caelitus.

Y. Ora pro nobis Beate Martyr Sebastiane. R. Vi mereamur postem epidemia illasi pertransire. & promissionem Christi obtinere.

ORATIO.

DEus qui B. Sebastianum Martyrem tuum in tua fide & dilectione tam ardentè solidasti, ut nullis carnalibus blandimentis, nullis Tyrannorum minis, nullis carnificum gladiis, sive sagittis, à tuo cultu potuerit revocari: da nobis miseris peccatoribus, dignis ejus meritis & intercessionibus in tribulatione auxilium, in persecutione solatium, in omni tempore contra pestem epidemiarum remedium: quatenus possimus contra omnes aëtholicas insidias vitiliter dimicare, mundum, & ea quæ in ipso sunt, despiciere, & nulla ejus adversa formidare: ut ea quæ te inspirante desideramus, valeamus obtinere. Per Dominum nostrum.

IESVM CHRISTVM.

